



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

101. Fer. 4. Octo horrore plena in Christum patrata in domo Caiphæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

168 FERIA 4. DOM. 4. QUADRAG.

evitanda, & futuri iudicii memoriam tenendam, sive præsim, sive sublim.

MEDITATIO CI.

FERIA 4. DOM. 4. QUADRAG.

*Octo horrore plena in Christum patrata
in Domo Caiphe.*

Aspiciam funestam illam noctem, & potestates tenebrarum nocti illi præsidentes, & audiam, quonam modo agant cum DEO meo. Petam agnoscere, & exemplum patientiæ Christi imitari.

Conf. 1. Verba Evangelistæ Matt. 26. Tunc exspuerunt in faciem ejus, de qua Ps 84 Ostende nobis Domine faciem tuam, & salvi erimus: Marc. 14. Et cæperunt quidam conspuere eum. Spuere in faciem ignominiosissima ù fuit, ideo tales septem diebus rubore suffundebantur. Num. 12. Spuit in faciem Christi, qui gratiæ ejus præsentiam respuit, ait D. August. Lib. de qq. Evang.

2. Et velaverunt eum. Luc. 22. ut liberius insanirent, velârunt illos omnia videntes oculos Eccles. 25. Velat oculos, qui gratiam cognitionis à se abscondit, ait Glossa.

3. Et colaphis eum ceciderunt. Matt. 26. a pertis manibus, quæ res viris est omnium ignominiosissima. Colaphis Christum cædunt, qui honores suos præferunt, ait Aug.

4. Et

4. *Et percutiebant faciem ejus* Luc. 22. Pugnīs, & clausis manibus: id agunt, qui vitā Christo contrariā eum blasphemant.

5. *Et viri, qui tenebant Iesum, illudebant ei cadentes, alij autem palmas in faciem ejus dederunt* Matt. 26. Ex Græco: alij crepidis & calcis in faciem ejus dederunt: quia vox græca, ex qua hic textus translatus est, pro variatione accentūs, *virgam*, & *crepidam*, significat. Quis dubitet faciem Christi intumuisse, & lividam factam?

6. *Et interrogabant eū dicentes: Prophetiza nobis, quis est, qui te percussit?* Matth. 26. Convitiosè eum prophetam inanem explorant, & hoc in contumeliam

7. *Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.* Luc. 22. Hæc horrore plena sunt, si referent: atqui sunt innocenti, & quidem ab ijs, quos tanto beneficio affecit, & sunt Deo.

8. *Et sequitur: Ut factus est dies.* Luc. 22. Unde infert Aug. Intelligitur, inquit, passus Dominus usque manè in domo Principis Sacerdotum. Vide sollicitos in malo, totā nocte vigilaverunt, ut facerent homicidium: hac nocte vellebant pilos genarū, & barbæ, juxta Septuaginta. Quod potest afflictissimus, poterit æquè, & multò minùs afflictus alter: sed magis afflictus nemo fuit Christo. O Deus, qui Unigeniti tui patientiā antiqui hostis

H

contra.

contrivisti superbiam: da nobis, quæsumus, quæ idem piè pro nobis pertulit, digne recollere, sicque exemplo ejus nobis ad veram sanctam æquanimiter tolerare. Per eundem Dominum, &c.

MEDITATIO CII.

Feria 5. Dominicæ 4. Quadrage.

Lapsus Petri docet non labi, vel lapsum resurgere.

Aspiciam Petrum à lapsu amaris lacrymis madidum, aulâ exeuntē foras, obviumque D. Virgini, & gemitibus inenarrabilibus casum suum deplorantem. Petam intelligere negationis causas, ut alieno malo sapiam.

Conf. 1. Quomodo non sint stabiles, qui serviunt DEO, & in Angelis reperiatur pravitas: quanto magis qui habitant domos luteas. Heu quàm instabilia sunt humana omnia! quod hodie jam stare immobiliter videbatur, cras ejus iterum jacienda sunt fundamenta: quod hodie itineris in via Dei confectum videbatur, cras etiam num inchoandum est: quàm misera est hominum conditio, quibus ipsa lux est occasio tenebrarum, via erroris, vita mortis, salus perditionis, & quàm nihil apud nos ruinæ periculo vacat! Extra Ecclesiam ruinæ, in Ecclesia ruinæ, in ipsa Religione domo Christi ruina, in ipsa morte cum Christo ruina. Cecidit columna